

88. Cum enim sanctis Confessoribus nostris is cum primis scopus & finis fuerit propositus, ut non tam à veteribus, quam recentioribus etiam, & in specie quidem Pontificiorum, Sacramentariorum, ac Anabaptistarum hæresibus suas prorsus alienas esse Ecclesias ostenderent: Deinde verò ut justas factæ secessionis ab Ecclesia Romana causas sibi esse restatum facerent: nulli pro dubium amplius esse potest, quin quidquid vel veteres hæreses postliminiò in Ecclesiam revocat: vel papismo adulatur: vel recentiores Sacramentariorum & Anabaptistarum furores defendit: id Confessioni huic nostræ planè sit adversum & contrarium.

89. Quod si porro verus eius sensus in disputationem veniat, & aliundè veritas eius atque certitudo sit exploranda: non certè unius alicuius privati autoritate sive interpretatione: Sed publicâ cum primis earum Ecclesiarum, quæ confessioni huic subscripserunt, doctrinâ atque sententiâ, qualis quidem tempore exhibitæ Confessionis publicè sonuit, standum esse, iudicamus: Quam uti à veteribus hæresibus & Papismo, sic Sacramentarisimo etiam plurimum abhorruisse, & partem maximam etiamnum obhorre, partim iam est demonstratum, partim per se longè est manifestissimum.

90. Interim tamen si privati etiam alicuius Doctoris vox atq; sententiâ hoc in negotio sit audienda: Decretum illud conventus Naumburgici,

gici,